

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

I.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)



## I.

*S. D. Reverende & clarissime vir, frater carissime.*

**Q**uas te mercatoribus Brunsvicensibus literas dedisse scribis, nondum mihi redditæ sunt. Quod meas, Spirâ, serò & non bonâ fide allatas, ostendis, doleo. Adjunxeram enim Carmina, ex Iconum D. Reufneri libro descripta, versibus quibusdam & ordine Epigrammatum mutato. Distichon enim Effigiei adscriptum ita retexui:

*Cum Davide DELLM celebrem: tenerâq; juventa*

*Doctrinâ profum: carus & ipse DEO.*

Id mihi modestius & verecundius visum priore:

*Tot meritis clarus sanctisq; laboribus, &c.*

Quod si Carmina illa, Iconum libro inserenda, non recepisti, denuò descripta, per nondinas Francofurdia mittam. D. Cl. V. M. Josephi Langii amicitia mihi conciliatâ summas tibi gratias ago, ac vicissim illi proximâ occasione respondebo. Cl. V. D. D. Obrecht Chronicon superioris anni MDXC. alterum tibi mitto. Ad Jobinum rescripsi. Benè & feliciter vale. Postridiè Valentini, 15. Febr.

De Bernardo Jobino doceri cupio, an ipse sumptus edirionum faciat.

David Chytræus.

## II.

*S. in Domino Jesu Christo, Reverende & doctissime Domine Doctor, frater in Christo suavissime.*

**N**on equidem non agrè ferre possum, quòd rarius per literas colloqui possimus. Delitescò hic domi, ut claudus sutor, & cum in populosa degam civitate, tamen, more Antonii, in eremo mihi habitare videor. Legendo & scribendo tedium otii in nimis diuturno exilio vix lenire possum. Litera fratrum & amicorum paucorum quidem (✻ enim ñ duxorix) magno tamen, quoties mittuntur, solatio sunt. Inter has tuas creberrimas videre vellem, neque ulla sine responso acceptu-

Uuuu 3

ptu-